



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

257. An Resignatarius teneatur solvere debita contracta per Resignantem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

communiter in *cit. c. veniens*, quemadmodum & successor tenetur servare pacta & conventiones initas pro necessitate Ecclesia per prædecessorem. *Parif. loc. cit. n. 50.* citans Cynum & Bald. in *l. digna vox. c. de ll. Butrium, conf. 58.* Bursat. *conf. 342. num. 1. fol. 4.* Rebuff. *super concordat. tit. de collatione. &c.*

*Questio 257. An resignatarius teneatur solvere debita contracta per resignantem?*

1. **R**espondeo primò affirmativè: Si fuerint contracta pro necessitate Ecclesia. *Parif. cit. q. 16. n. 49.* juxta *c. 1. de solut. & ibi Abb. gl. & Doctores communiter.* Quod ipsum extendi ait *Parif. ibid. n. 51.* ad debita contracta pro necessitate persona illius, qui Ecclesiam possidet; & citat pro hoc *Abb. in c. present. de pignor. n. 5.* & in *c. per suos. de donat. n. 2.* Mandos. in *cit. c. 1. de solut. nu. 11.* & *Rotam in Cauriensi pecuniaria. 11. Feb. 1547.* &c. eò quòd videantur hac debita contracta pro necessitate Ecclesia. *Parif. n. 51. ex Mandos. ubi ante.*

2. Respondeo secundò: Si tamen debita illa per resignantem vel prædecessorem contracta voluntarie, non tenetur resignatarius vel successor ad ea solvenda, ut communiter doctores per *Abbat. in cit. c. 1. de solut.* Sic v. g. vicarium Episcopi jam defuncti non posse perere Salariū non conventum, à successore in Episcopatu pro servitiis præstitis ejus prædecessori; cum debitum sit voluntarium; eò quòd Episcopus non teneatur ex necessitate habere vicarium. *Parif. nu. 53.* ait resolutum in *Zamarenfi pecuniaria. 5. Nov. 1543.*

*Questio 258. An, & quando resignatarius teneatur prestare alimenta resignanti?*

**R**espondeo: Dum resignanti ordinato non titulo beneficii resignati, sed aliter, vel tituli patrimonii, deficit congrua sustentatio, diminuto v. g. per calamitatem temporum patrimonio, competere eidem resignanti actionem contra resignatarium pro supplemento ejus, in quo diminutus redditus patrimonialis pro congrua sustentatione sufficiens ad instar illius obligationis alendi donatorem vel benefactorem, quæ de jure incumbit donatario vel beneficiato, sive Ecclesia patronata, ejusque Rectori respectu alendi patroni indigentis, tradit *C. de Luc. de benef. d. 37. num. 15.* multò que magis videtur id procedere, dum resignanti ordinato titulo beneficii resignati deficit congrua sustentatio; eò quòd talis resignatio nullatenus admittatur, nisi cum clausula; modò resignans aliunde vivere valeat; verum de his accuratius infra.

*Questio 259. An resignatarius teneatur purgare attentata (intellige in causa beneficii resignati) per resignantem?*

1. **R**espondeo affirmativè: *Parif. l. 1. q. 16. n. 41.* contra quosdam, quos tacito nomine refert citans *Rotam in Ariminensi nullitatis & attentator. 27. Apr. 1556.* ubi teste *Lancelot. de attentat. c. 4. ampliat. 5. n. 3. & c. 29. nu. 102.* censuit, non esse procedendum in causa, nisi purgatis per resignatarium attentatis; quia mediante resignatione subrogatur resignatarius in jus resignantis, qui attentavit. *Parif. n. 42.* Et tenentur ad purganda attentata non solum ij, qui per se vel alium, de suo tamen speciali mandato, attentarunt; sed is, qui li-

cet actualiter non attentavit, habet tamen causam ab attentante. *Parif. n. 43.* citans *Lancell. cit. c. 29. colum. ult.* eò quòd licet regulariter non detur remedium attentatorum contra tertium, ut citatis pluribus *Parif. n. 44.* datur tamen contra tertium habentem causam à iudice vel parte. *Parif. n. 45.* citatis quoque pluribus.

2. Limitanda nihilominus responsio, ut non procedat, dum resignans attentasset post factam resignationem; tum enim, et si resignatarius habeat causam ab eo, qui attentavit; habet tamen eam ab eo, antequam attentavit; & sic non tenetur attentata ab eo purgare; quemadmodum habens causam à colligante, dum habet illum ab illo ante litteram; non attentat capiens possessionem; juxta quòd dictum in *Salamanti. s. Pauli. 15. Decemb. 1568.* *Parif. n. 45. & 46.* hæc ipsa speciali casu disputato diu in *Rota in Salamanti. portionis. 16. Nov. 1546.* exemplificans.

*Questio 260. An resignatarius teneatur purgare spoliū resignantis, sive an spoliatus à resignante (intellige in causa beneficii resignati) possit agere spolio contra spoliantis successorem per resignationem, sive contra resignatarium?*

**R**espondeo affirmativè: *Parif. l. 1. q. 16. nu. 57.* dicens, esse veriore & communem, ac citans pro ea *Sarnens. de trienal. q. 11. &c.* eò quòd res transeat cum suo vitio. *c. ex parte. de restit. & ibi Innoc. Parif. n. 58.* unde subrogatus in jus alterius, etiam quoad possessionem, tenetur purgare spoliū, sicut ille, in cuius locum subrogatus, juxta *l. rem, qua nobis. ff. de acquir. poss. & ibi doctores communiter; & in c. sepe. de restit. spoliat. Parif. nu. 59.* citans *Sarn. ubi ante.* & hinc remedium dicitur capitis sæpe datur adversus successorem etiam singularem, si sciens &c. ut ibi dicitur. *Parif. n. 60.* citato *Arcino conf. 103. n. 4.* &c. scientia autem illa præsumitur. *Parif. n. 61.* juxta *Alex. conf. 103. n. 13. l. 2. Ruin. conf. 38. num. 12. l. 5. Cravett. conf. 225. n. 8.* & alios ab eo citatos.

*Questio 261. An confessio cedentis seu resignantis præjudicet seu noccat cessionario seu resignatario?*

1. **R**espondeo primò affirmativè: Si facta confessio ante renunciationem: sic si quis faceret in iudicio, se nullum jus habere in beneficio, & mox illud resignaret, resignatario nihil inde acquireretur. *Lott. l. 3. q. 14. n. 83.* *Parif. cit. q. 16. n. 20.* dicens esse communem. *argumento l. factam. §. si heres. ff. ad Trebell. & juxta Rotam in Tirafon. archipresb. 27. Maii. 1542.* teste *Put. decis. 149. l. 1.* & hinc resolutum à *Rota in Astoricensi. de sorias.* teste eod. *Put. decis. 79. l. 2.* quòd cessionarius non possit revocare confessionem procuratoris cedentis factam ante renunciationem, adeò que non possit cessionarium habere regressum adversus cedentem, ut *Put. cit. decis. 149. l. 1.* Limitat tamen responsionem *Parif. nu. 24. in fine.* quòd etiam confessio facta ante cessionem non præjudicet cessionario, si nitatur alio jure, quàm cedentis.

2. Respondeo secundò negativè: Seu contrarium, ubi confessio facta fuit post renunciationem; eò quòd tunc resignans cessionario non possit præjudicare. *Parif. à nu. 21.* atque ita confessio resignan-